us Israhel quare uos facitis malum grande contra animas uestras ut intereat ex uobis uir et mulier paruulus et lactans de medio Iudae nec relinquatur uobis quicquam residuum 44:8 prouocantes me in operibus manuum uestrarum sacrificando diis alienis in terra Aegypti in quam ingressi estis ut habitetis ibi et dispereatis et sitis in maledictionem et in obprobrium cunctis gentibus terrae 44:9 numquid obliti estis mala patrum uestrorum et mala regum Iuda et mala uxoribus eius et mala uestra et mala uxoribus uestrarum quae fecerunt in terra Iuda et in regionibus Hierusalem 44:10 non sunt mundati usque ad diem hanc et non timuerunt et non ambulauerunt in lege et in praeceptis meis quae dedi coram uobis et coram patribus uestris 44:11 ideo haec dicit Dominus exercituum Deus Israhel ecce ego pono faciem meam in uobis in malum et disperdam omnem Iudam 44:12 et adsumam reliquias Iudae qui posuerunt facies suas ut ingrederentur terram Aegypti et habitarent ibi et consumentur omnes in terra Aegypti cadent in gladio et in fame consumentur a minimo usque ad maximum in gladio et in fame morientur et erunt in iusiurandum et in miraculum et in maledictionem et in obprobrium 44:13 et uisitabo habitatores terrae Aegypti sicut uisitauit super Hierusalem in gladio et in fame et in peste 44:14 et non erit qui effugiat et sit residuus de reliquiis Iudaeorum qui uadunt ut peregrinentur in terra Aegypti et reuertantur in terram Iuda ad quam ipsi eleuant animas suas ut reuertantur et habitent ibi non reuertentur nisi qui fugerint 44:15 responderunt autem Hieremiae omnes uiri scientes quod sacrificarent uxores eorum diis alienis et uniuersae mulieres quarum stabat multitudo grandis et omnis populus habitantium in terra Aegypti in Fatures dicens 44:16 sermonem quem locutus es ad nos in nomine Domini non audiemus ex te 44:17 sed facientes faciemus omne uerbum quod egreditur de ore nostro ut sacrificemus Reginae caeli et libe-

44:8 In that ye provoke me unto wrath with the works of your hands, burning incense unto other gods in the land of Egypt, whither ye be gone to dwell, that ye might cut yourselves off, and that ye might be a curse and a reproach among all the nations of the earth?

44:9 Have ye forgotten the wickedness of your fathers, and the wickedness of the kings of Judah, and the wickedness of their wives, and your own wickedness, and the wickedness of your wives, which they have committed in the land of Judah, and in the streets of Jerusalem?

44:10 They are not humbled even unto this day, neither have they feared, nor walked in my law, nor in my statutes, that I set before you and before your fathers.

44:11 Therefore thus saith the LORD of hosts, the God of Israel: Behold, I will set my face against you for evil, and to cut off all Judah.

44:12 And I will take the remnant of Judah, that have set their faces to go into the land of Egypt to sojourn there, and they shall all be consumed, and fall in the land of Egypt; they shall even be consumed by the sword and by the famine: they shall die, from the least even unto the greatest, by the sword and by the famine: and they shall be an execration, and an astonishment, and a curse, and a reproach.

44:13 For I will punish them that dwell in the land of Egypt, as I have punished Jerusalem, by the sword, by the famine, and by the pestilence:

44:14 So that none of the remnant of Judah, which are gone into the land of Egypt to sojourn there, shall escape or remain, that they should return into the land of Judah, to the which they have a desire to return to dwell there: for none shall return but such as shall escape.

44:15 Then all the men which knew that their wives had burned incense unto other gods, and all the women that stood by, a great multitude, even all the people that dwell in the land of Egypt, in Pathros, answered Jeremiah, saying,

44:16 As for the word that thou hast spoken unto us in the name of the LORD, we will not hearken unto thee.

44:17 But we will certainly do whatsoever thing goeth forth out of our own mouth, to burn incense unto the queen of heaven, and to pour out drink offerings unto her, as we have done, we, and our fathers, our kings, and our princes, in the cities of Judah, and in the streets of Jerusalem: for then had we plenty of victuals, and were well, and saw no evil.

Biblia Sacra Vulgata

mus ei libamina sicut fecimus nos et patres nostri reges nostri et principes nostri in urbibus Iuda et in plateis Hierusalem et saturati sumus panibus et bene nobis erat malumque non uidimus 44:18 ex eo autem quo cessauimus sacrificare Reginae caeli et libare ei libamina indigemus omnibus et gladio et fame consumpti sumus 44:19 quod si nos sacrificamus Reginae caeli et libamus ei libamina numquid sine uiris nostris fecimus ei placentas ad colendum eam et liba libandi 44:20 et dixit Hieremias ad omnem populum aduersum uiros et aduersum mulieres et aduersum uniuersam plebem qui responderant ei uerbum dicens 44:21 numquid non sacrificium quod sacrificastis in ciuitatibus Iuda et in plateis Hierusalem uos et patres uestri reges uestri et principes uestri et populus terrae horum recordatus est Dominus et ascendit super cor eius 44:22 et non poterat Dominus ultra portare propter malitiam studiorum uestrorum et propter abominationes quas fecistis et facta est terra uestra in desolationem et in stuporem et in maledictum eo quod non sit habitator sicut est dies haec 44:23 propterea quod sacrificaueritis idolis et peccaueritis Domino et non audieritis uocem Domini et in lege et in praeceptis et in testimoniis eius non ambulaueritis idcirco euenerunt uobis mala haec sicut est dies haec 44:24 dixit autem Hieremias ad omnem populum et ad uniuersas mulieres audite uerbum Domini omnis Iuda qui estis in terra Aegypti 44:25 haec inquit Dominus exercituum Deus Israhel dicens uos et uxores uestrae locuti estis ore uestro et manibus uestris implestis dicentes faciamus uota nostra quae uouimus ut sacrificemus Reginae caeli et libemus ei libamina implestis uota uestra et opere perpetrastis ea 44:26 ideo audite uerbum Domini omnis Iuda qui habitatis in terra Aegypti ecce ego iuravi in nomine meo magno ait Dominus quia nequaquam ultra nomen meum uocabitur ex ore omnis uiri iudaei dicentis uiuit Dominus Deus in omni terra Ae-

44:18 But since we left off to burn incense to the queen of heaven, and to pour out drink offerings unto her, we have wanted all things, and have been consumed by the sword and by the famine.

44:19 And when we burned incense to the queen of heaven, and poured out drink offerings unto her, did we make her cakes to worship her, and pour out drink offerings unto her, without our men?

44:20 Then Jeremiah said unto all the people, to the men, and to the women, and to all the people which had given him that answer, saying,

44:21 The incense that ye burned in the cities of Judah, and in the streets of Jerusalem, ye, and your fathers, your kings, and your princes, and the people of the land, did not the LORD remember them, and came it not into his mind?

44:22 So that the LORD could no longer bear, because of the evil of your doings, and because of the abominations which ye have committed; therefore is your land a desolation, and an astonishment, and a curse, without an inhabitant, as at this day.

44:23 Because ye have burned incense, and because ye have sinned against the LORD, and have not obeyed the voice of the LORD, nor walked in his law, nor in his statutes, nor in his testimonies; therefore this evil is happened unto you, as at this day.

44:24 Moreover Jeremiah said unto all the people, and to all the women, Hear the word of the LORD, all Judah that are in the land of Egypt:

44:25 Thus saith the LORD of hosts, the God of Israel, saying; Ye and your wives have both spoken with your mouths, and fulfilled with your hand, saying, We will surely perform our vows that we have vowed, to burn incense to the queen of heaven, and to pour out drink offerings unto her: ye will surely accomplish your vows, and surely perform your vows.

44:26 Therefore hear ye the word of the LORD, all Judah that dwell in the land of Egypt; Behold, I have sworn by my great name, saith the LORD, that my name shall no more be named in the mouth of any man of Judah in all the land of Egypt, saying, The Lord GOD liveth.

Prophetia Ieremiae

gypti 44:27 ecce ego uigilabo super eos in malum et non in bonum et consumentur omnes uiri Iuda qui sunt in terra Aegypti gladio et fame donec penitus consumantur 44:28 et qui fugerint gladium reuertentur de terra Aegypti in terram Iuda uiri pauci et scient omnes reliquiae Iuda ingredientium terram Aegypti ut habitent ibi cuius sermo conpleatur meus an illorum 44:29 et hoc uobis signum ait Dominus quod uisitem ego super uos in loco isto ut sciatis quia uere complebuntur sermones mei contra uos in malum 44:30 haec dicit Dominus ecce ego tradam Pharaonem Efree regem Aegypti in manu inimicorum eius et in manu quaerentium animam illius sicut tradidi Sedeciam regem Iuda in manu Nabuchodonosor regis Babylonis inimici sui et quaerentis animam eius

45:1 uerbum quod locutus est Hieremias propheta ad Baruch filium Neri cum scripsisset uerba haec in libro de ore Hieremiae anno quarto Ioachim filii Iosiae regis Iuda dicens 45:2 haec dicit Dominus Deus Israhel ad te Baruch 45:3 dixisti uae misero mihi quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo laboraui in gemitu meo et requiem non inueni 45:4 haec dices ad eum sic dicit Dominus ecce quos aedificaui ego destruo et quos plantaui ego euello et uniuersam terram hanc 45:5 et tu quaeris tibi grandia noli quaerere quia ecce ego adducam malum super omnem carnem ait Dominus et dabo tibi animam tuam in salutem in omnibus locis ad quaecumque perrexeris

46:1 quod factum est uerbum Domini ad Hieremiam prophetam contra gentes 46:2 ad Aegyptum aduersum exercitum Pharaonis Nechao regis Aegypti qui erat iuxta flumen Eufraten in Charchamis quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonis in quarto anno Ioachim filii Iosiae regis Iuda 46:3 praeparate scutum et clypeum et procedite ad bellum 46:4 iungite equos et ascendite equites state in galeis

44:27 Behold, I will watch over them for evil, and not for good: and all the men of Judah that are in the land of Egypt shall be consumed by the sword and by the famine, until there be an end of them.

44:28 Yet a small number that escape the sword shall return out of the land of Egypt into the land of Judah, and all the remnant of Judah, that are gone into the land of Egypt to sojourn there, shall know whose words shall stand, mine, or their's.

44:29 And this shall be a sign unto you, saith the LORD, that I will punish you in this place, that ye may know that my words shall surely stand against you for evil:

44:30 Thus saith the LORD; Behold, I will give Pharaohhophra king of Egypt into the hand of his enemies, and into the hand of them that seek his life; as I gave Zedekiah king of Judah into the hand of Nebuchadrezzar king of Babylon, his enemy, and that sought his life.

45:1 The word that Jeremiah the prophet spake unto Baruch the son of Neriah, when he had written these words in a book at the mouth of Jeremiah, in the fourth year of Jehoiakim the son of Josiah king of Judah, saying,

45:2 Thus saith the LORD, the God of Israel, unto thee, O Baruch:

45:3 Thou didst say, Woe is me now! for the LORD hath added grief to my sorrow; I fainted in my sighing, and I find no rest.

45:4 Thus shalt thou say unto him, The LORD saith thus; Behold, that which I have built will I break down, and that which I have planted I will pluck up, even this whole land.

45:5 And seekest thou great things for thyself? seek them not: for, behold, I will bring evil upon all flesh, saith the LORD: but thy life will I give unto thee for a prey in all places whither thou goest.

46:1 The word of the LORD which came to Jeremiah the prophet against the Gentiles;

46:2 Against Egypt, against the army of Pharaohnecho king of Egypt, which was by the river Euphrates in Carchemish, which Nebuchadrezzar king of Babylon smote in the fourth year of Jehoiakim the son of Josiah king of Judah.

46:3 Order ye the buckler and shield, and draw near to battle.

46:4 Harness the horses; and get up, ye horsemen, and stand forth with your helmets; furbish the spears, and put on the brigandines.

Biblia Sacra Vulgata

46:5 Wherefore have I seen them dismayed and turned away back? and their mighty ones are beaten down, and are fled apace, and look not back: for fear was round about, saith the LORD.

46:6 Let not the swift flee away, nor the mighty man escape; they shall stumble, and fall toward the north by the river Euphrates.

46:7 Who is this that cometh up as a flood, whose waters are moved as the rivers?

46:8 Egypt riseth up like a flood, and his waters are moved like the rivers; and he saith, I will go up, and will cover the earth; I will destroy the city and the inhabitants thereof.

46:9 Come up, ye horses; and rage, ye chariots; and let the mighty men come forth; the Ethiopians and the Libyans, that handle the shield; and the Lydians, that handle and bend the bow.

46:10 For this is the day of the Lord GOD of hosts, a day of vengeance, that he may avenge him of his adversaries: and the sword shall devour, and it shall be satiate and made drunk with their blood: for the Lord GOD of hosts hath a sacrifice in the north country by the river Euphrates.

46:11 Go up into Gilead, and take balm, O virgin, the daughter of Egypt: in vain shalt thou use many medicines; for thou shalt not be cured.

46:12 The nations have heard of thy shame, and thy cry hath filled the land: for the mighty man hath stumbled against the mighty, and they are fallen both together.

46:13 The word that the LORD spake to Jeremiah the prophet, how Nebuchadrezzar king of Babylon should come and smite the land of Egypt.

46:14 Declare ye in Egypt, and publish in Migdol, and publish in Noph and in Tahpanhes: say ye, Stand fast, and prepare thee; for the sword shall devour round about thee.

46:15 Why are thy valiant men swept away? they stood not, because the LORD did drive them.

46:16 He made many to fall, yea, one fell upon another: and they said, Arise, and let us go again to our own people, and to the land of our nativity, from the oppressing sword.

46:17 They did cry there, Pharaoh king of Egypt is but a noise; he hath passed the time appointed.

46:18 As I live, saith the King, whose name is the LORD of hosts, Surely as Tabor is among the mountains, and as Carmel by the sea, so shall he come.

46:19 O thou daughter dwelling in Egypt, furnish thyself to go into captivity: for Noph shall be waste and desolate without an inhabitant.

polite lanceas induite uos loriceis 46:5 quid igitur uidi ipsos
pauidos et terga uertentes fortes eorum caesos fugerunt con-
citi nec respexerunt terror undique ait Dominus 46:6 non
fugiat uelox nec saluari se putet fortis ad aquilonem iuxta
flumen Eufraten uicti sunt et ruerunt 46:7 quis est iste qui
quasi flumen ascendit et ueluti fluuiorum intumescunt gur-
gites eius 46:8 Aegyptus fluminis instar ascendet et uelut
flumina mouebuntur fluctus eius et dicet ascendens operiam
terram perdam ciuitatem et habitatores eius 46:9 ascendite
equos et exultate in curribus et procedant fortes Aethiopia et
Lybies tenentes scutum et Lydii arripientes et iacientes sa-
gittas 46:10 dies autem ille Domini Dei exercituum dies ul-
tionis ut sumat uindictam de inimicis suis deuorabit gladius
et saturabitur et inebriabitur sanguine eorum uictima enim
Domini exercituum in terra aquilonis iuxta flumen Eufraten
46:11 ascende in Galaad et tolle resinam uirgo filia Aegypti
frustra multiplicas medicamina sanitas non erit tibi 46:12
audierunt gentes ignominiam tuam et ululatus tuus repleuit
terram quia fortis inpegit in fortem ambo pariter conciderunt
46:13 uerbum quod locutus est Dominus ad Hieremiam pro-
phetam super eo quod uenturus esset Nabuchodonosor rex
Babylonis et percussurus terram Aegypti 46:14 adnuntiate
Aegypto et auditum facite Magdolo et resonet in Memphis
et in Tafnis dicite sta et praepara te quia deuorauit gladius ea
quae per circuitum tuum sunt 46:15 quare conputruit for-
tis tuus non stetit quoniam Dominus subuertit eum 46:16
multiplicauit ruentes ceciditque uir ad proximum suum et
dicent surge et reuertamur ad populum nostrum et ad ter-
ram natiuitatis nostrae a facie gladii columbae 46:17 uo-
cate nomen Pharaonis regis Aegypti Tumultum adduxit tem-
pus 46:18 uiuo ego inquit Rex Dominus exercituum nomen
eius quoniam sicut Tabor in montibus et sicut Carmelus
in mari ueniet 46:19 uasa transmigrationis fac tibi habitat-

Prophetia Ieremiae

rix filia Aegypti quia Memphis in solitudinem erit et deseretur inhabitabilis 46:20 uitula eligans atque formonsa Aegyptus stimulator ab aquilone ueniet ei 46:21 mercennarii quoque eius qui uersabantur in medio eius quasi uituli saginati uersi sunt et fugerunt simul nec stare potuerunt quia dies interfectionis eorum uenit super eos tempus uisitationis eorum 46:22 uox eius quasi aeris sonabit quoniam cum exercitu properabunt et cum securibus uenient ei quasi ligna caedentes 46:23 succiderunt saltum eius ait Dominus qui supputari non potest multiplicati sunt super lucustas et non est eis numerus 46:24 confusa est filia Aegypti et tradita in manu populi aquilonis 46:25 dixit Dominus exercituum Deus Israhel ecce ego uisitabo super tumultum Alexandriae et super Pharaon et super Aegyptum et super deos eius et super reges eius et super Pharaon et super eos qui confidunt in eo 46:26 et dabo eos in manu quaerentium animam eorum et in manu Nabuchodonosor regis Babylonis et in manu seruorum eius et post haec habitabitur sicut diebus pristinis ait Dominus 46:27 et tu ne timeas serue meus Iacob et ne paeas Israhel quia ecce ego saluum te faciam de longinquo et semen tuum de terra captiuitatis suae et reuertetur Iacob et quiescet et prosperabitur et non erit qui exterreat eum 46:28 et tu noli timere serue meus Iacob ait Dominus quia tecum ego sum quia consumam ego cunctas gentes ad quas eieci te te uero non consumam sed castigabo te in iudicio nec quasi innocenti parcam tibi

47:1 quod factum est uerbum Domini ad Hieremiam prophetam contra Palestinos antequam percuteret Pharaon Gazam 47:2 haec dicit Dominus ecce aquae ascendunt ab aquilone et erunt quasi torrens inundans et operient terram et plenitudinem eius urbem et habitatores eius clamabunt homines et ululabit omnis habitator terrae 47:3 ab strepitu pompae armorum et bellatorum eius a commotione quadri-

46:20 Egypt is like a very fair heifer, but destruction cometh; it cometh out of the north.

46:21 Also her hired men are in the midst of her like fatted bullocks; for they also are turned back, and are fled away together: they did not stand, because the day of their calamity was come upon them, and the time of their visitation.

46:22 The voice thereof shall go like a serpent; for they shall march with an army, and come against her with axes, as hewers of wood.

46:23 They shall cut down her forest, saith the LORD, though it cannot be searched; because they are more than the grasshoppers, and are innumerable.

46:24 The daughter of Egypt shall be confounded; she shall be delivered into the hand of the people of the north.

46:25 The LORD of hosts, the God of Israel, saith; Behold, I will punish the multitude of No, and Pharaoh, and Egypt, with their gods, and their kings; even Pharaoh, and all them that trust in him:

46:26 And I will deliver them into the hand of those that seek their lives, and into the hand of Nebuchadrezzar King of Babylon, and into the hand of his servants: and afterward it shall be inhabited, as in the days of old, saith the LORD.

46:27 But fear not thou, O my servant Jacob, and be not dismayed, O Israel: for, behold, I will save thee from afar off, and thy seed from the land of their captivity; and Jacob shall return, and be in rest and at ease, and none shall make him afraid.

46:28 Fear thou not, O Jacob my servant, saith the LORD: for I am with thee; for I will make a full end of all the nations whither I have driven thee; but I will not make a full end of thee, but correct thee in measure; yet will I not leave thee wholly unpunished.

47:1 The word of the LORD that came to Jeremiah the prophet against the Philistines, before that Pharaoh smote Gaza.

47:2 Thus saith the LORD: Behold, waters rise up out of the north, and shall be an overflowing flood, and shall overflow the land, and all that is therein; the city, and them that dwell therein: then the men shall cry, and all the inhabitants of the land shall howl.

47:3 At the noise of the stamping of the hoofs of his strong horses, at the rushing of his chariots, and at the rumbling of his wheels, the fathers shall not look back to their children for feebleness of hands;

Biblia Sacra Vulgata

47:4 Because of the day that cometh to spoil all the Philistines, and to cut off from Tyrus and Zidon every helper that remaineth: for the LORD will spoil the Philistines, the remnant of the country of Caphtor.

47:5 Baldness is come upon Gaza; Ashkelon is cut off with the remnant of their valley: how long wilt thou cut thyself?

47:6 O thou sword of the LORD, how long will it be ere thou be quiet? put up thyself into thy scabbard, rest, and be still.

47:7 How can it be quiet, seeing the LORD hath given it a charge against Ashkelon, and against the sea shore? there hath he appointed it.

garum eius et multitudine rotarum illius non respexerunt patres filios manibus dissolutis 47:4 pro aduentu diei in quo uastabuntur omnes Philisthim et dissipabitur Tyrus et Sidon cum omnibus reliquis auxiliis suis depopulatus est enim Dominus Palestinos reliquias insulae Cappadociae 47:5 uenit caluitium super Gazam conticuit Ascalon et reliquiae uallis earum usquequo concideris 47:6 o mucro Domini usquequo non quiescis ingredi in uaginam tuam refrigerare et sile 47:7 quomodo quiescet cum Dominus praeceperit ei aduersus Ascalonem et aduersus maritimas eius regiones ibique condixerit illi

48:1 Against Moab thus saith the LORD of hosts, the God of Israel; Woe unto Nebo! for it is spoiled: Kiriathaim is confounded and taken: Misgab is confounded and dismayed.

48:2 There shall be no more praise of Moab: in Heshbon they have devised evil against it; come, and let us cut it off from being a nation. Also thou shalt be cut down, O Madmen; the sword shall pursue thee.

48:3 A voice of crying shall be from Horonaim, spoiling and great destruction.

48:4 Moab is destroyed; her little ones have caused a cry to be heard.

48:5 For in the going up of Luhith continual weeping shall go up; for in the going down of Horonaim the enemies have heard a cry of destruction.

48:6 Flee, save your lives, and be like the heath in the wilderness.

48:7 For because thou hast trusted in thy works and in thy treasures, thou shalt also be taken: and Chemosh shall go forth into captivity with his priests and his princes together.

48:8 And the spoiler shall come upon every city, and no city shall escape: the valley also shall perish, and the plain shall be destroyed, as the LORD hath spoken.

48:9 Give wings unto Moab, that it may flee and get away: for the cities thereof shall be desolate, without any to dwell therein.

48:10 Cursed be he that doeth the work of the LORD deceitfully, and cursed be he that keepeth back his sword from blood.

48:11 Moab hath been at ease from his youth, and he hath settled on his lees, and hath not been emptied from vessel to vessel, neither hath he gone into captivity: therefore his taste remained in him, and his scent is not changed.

48:1 ad Moab haec dicit Dominus exercituum Deus Israel uae super Nabo quoniam uastata est et confusa capta est Kiriathaim confusa est fortis et tremuit 48:2 non est ultra exultatio in Moab contra Esebon cogitauerunt malum uenite et disperdamus eam de gente ergo silens conticesces sequeturque te gladius 48:3 uox clamoris de Oronaim uastitas et contritio magna 48:4 contrita est Moab adnuntiate clamorem paruulis eius 48:5 per ascensum enim Luaith plorans ascendet in fletu quoniam in descensu Oronaim hostes ululatum contritionis audierunt 48:6 fugite saluate animas uestras et eritis quasi myrice in deserto 48:7 pro eo enim quod habuisti fiduciam in munitionibus tuis et in thesauris tuis tu quoque capieris et ibit Chamos in transmigrationem sacerdotes eius et principes eius simul 48:8 et ueniet praedo ad omnem urbem et urbs nulla saluabitur et peribit uallis et dissipabuntur campestria quoniam dixit Dominus 48:9 date florem Moab quia floriens egredietur et ciuitates eius desertae erunt et inhabitabiles 48:10 maledictus qui facit opus Domini fraudulenter et maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine 48:11 fertilis fuit Moab ab adulescentia sua et requieuit in fecibus suis nec transfusus est de uase in uas et in transmigrationem non abiit idcirco permansit gustus eius

Prophetia Ieremiae

in eo et odor eius non est inmutatus 48:12 propterea ecce dies ueniunt dicit Dominus et mittam ei ordinatores et stratores laguncularum et sternerent eum et uasa eius exhaurient et lagoenas eorum conlident 48:13 et confundetur Moab a Chamos sicut confusa est domus Israhel a Bethel in qua habebat fiduciam 48:14 quomodo dicitis fortes sumus et uiri robusti ad proeliandum 48:15 uastata est Moab et ciuitates illius ascenderunt et electi iuuenes eius descenderunt in occisionem ait Rex Dominus exercituum nomen ei 48:16 prope est interitus Moab ut ueniat et malum eius uelociter adcurrer nimis 48:17 consolamini eum omnes qui estis in circuitu eius et uniuersi qui scitis nomen eius dicite quomodo confRACTA est uirga fortis baculus gloriosus 48:18 descende de gloria et sede in siti habitatio filiae Dibon quoniam uastator Moab ascendet ad te dissipabit munitiones tuas 48:19 in uia sta et prospice habitatio Aroer interroga fugientem et eum qui euasit dic quid accidit 48:20 confusus est Moab quoniam uictus est ululate et clamate adnuntiate in Arnon quoniam uastata est Moab 48:21 et iudicium uenit ad terram campestem super Helon et super Iaesa et super Mefath 48:22 et super Dibon et super Nabo et super domum Deblathaim 48:23 et super Cariathaim et super Bethgamul et super Bethmaon 48:24 et super Carioth et super Bosra et super omnes ciuitates terrae Moab quae longe et quae prope sunt 48:25 abscisum est cornu Moab et brachium eius contritum est ait Dominus 48:26 inebriate eum quoniam contra Dominum erectus est et adlidet manum Moab in uomitu suo et erit in derisum etiam ipse 48:27 fuit enim in derisum tibi Israhel quasi inter fures repperisses eum propter uerba ergo tua quae aduersum illum locutus es captiuus duceris 48:28 relinquire ciuitates et habitate in petra habitatores Moab et estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis 48:29 audiuius superbiam Moab superbus est

48:12 Therefore, behold, the days come, saith the LORD, that I will send unto him wanderers, that shall cause him to wander, and shall empty his vessels, and break their bottles.

48:13 And Moab shall be ashamed of Chemosh, as the house of Israel was ashamed of Bethel their confidence.

48:14 How say ye, We are mighty and strong men for the war?

48:15 Moab is spoiled, and gone up out of her cities, and his chosen young men are gone down to the slaughter, saith the King, whose name is the LORD of hosts.

48:16 The calamity of Moab is near to come, and his affliction hasteth fast.

48:17 All ye that are about him, bemoan him; and all ye that know his name, say, How is the strong staff broken, and the beautiful rod!

48:18 Thou daughter that dost inhabit Dibon, come down from thy glory, and sit in thirst; for the spoiler of Moab shall come upon thee, and he shall destroy thy strong holds.

48:19 O inhabitant of Aroer, stand by the way, and espy; ask him that fleeth, and her that escapeth, and say, What is done?

48:20 Moab is confounded; for it is broken down: howl and cry; tell ye it in Arnon, that Moab is spoiled.

48:21 And judgment is come upon the plain country; upon Holon, and upon Jahazah, and upon Mephaath,

48:22 And upon Dibon, and upon Nebo, and upon Bethdiblathaim,

48:23 And upon Kiriathaim, and upon Bethgamul, and upon Bethmeon,

48:24 And upon Kerioth, and upon Bozrah, and upon all the cities of the land of Moab, far or near.

48:25 The horn of Moab is cut off, and his arm is broken, saith the LORD.

48:26 Make ye him drunken: for he magnified himself against the LORD: Moab also shall wallow in his vomit, and he also shall be in derision.

48:27 For was not Israel a derision unto thee? was he found among thieves? for since thou spakest of him, thou skippedst for joy.

48:28 O ye that dwell in Moab, leave the cities, and dwell in the rock, and be like the dove that maketh her nest in the sides of the hole's mouth.

48:29 We have heard the pride of Moab, (he is exceeding proud) his loftiness, and his arrogancy, and his pride, and the haughtiness of his heart.

Biblia Sacra Vulgata

48:30 I know his wrath, saith the LORD; but it shall not be so; his lies shall not so effect it.

48:31 Therefore will I howl for Moab, and I will cry out for all Moab; mine heart shall mourn for the men of Kirheres.

48:32 O vine of Sibmah, I will weep for thee with the weeping of Jazer: thy plants are gone over the sea, they reach even to the sea of Jazer: the spoiler is fallen upon thy summer fruits and upon thy vintage.

48:33 And joy and gladness is taken from the plentiful field, and from the land of Moab, and I have caused wine to fall from the winepresses: none shall tread with shouting: their shouting shall be no shouting.

48:34 From the cry of Heshbon even unto Elealeh, and even unto Jahaz, have they uttered their voice, from Zoar even unto Horonaim, as an heifer of three years old: for the waters also of Nimrim shall be desolate.

48:35 Moreover I will cause to cease in Moab, saith the LORD, him that offereth in the high places, and him that burneth incense to his gods.

48:36 Therefore mine heart shall sound for Moab like pipes, and mine heart shall sound like pipes for the men of Kirheres: because the riches that he hath gotten are perished.

48:37 For every head shall be bald, and every beard clipped: upon all the hands shall be cuttings, and upon the loins sackcloth.

48:38 There shall be lamentation generally upon all the housetops of Moab, and in the streets thereof: for I have broken Moab like a vessel wherein is no pleasure, saith the LORD.

48:39 They shall howl, saying, How is it broken down! how hath Moab turned the back with shame! so shall Moab be a derision and a dismaying to all them about him.

48:40 For thus saith the LORD: Behold, he shall fly as an eagle, and shall spread his wings over Moab.

48:41 Keriath is taken, and the strong holds are surprised, and the mighty men's hearts in Moab at that day shall be as the heart of a woman in her pangs.

48:42 And Moab shall be destroyed from being a people, because he hath magnified himself against the LORD.

48:43 Fear, and the pit, and the snare, shall be upon thee, O inhabitant of Moab, saith the LORD.

48:44 He that fleeth from the fear shall fall into the pit; and he that getteth up out of the pit shall be taken in the snare: for I will bring upon it, even upon Moab, the year of their visitation, saith the LORD.

48:45 They that fled stood under the shadow of Heshbon because of the force: but a fire shall come forth out of Heshbon, and a flame from the midst of Sihon, and shall devour the corner of Moab, and the crown of the head of the tumultuous ones.

ualde sublimitatem eius et arrogantiam et superbiam et altitudinem cordis illius 48:30 ego scio ait Dominus iactantiam eius et quod non sit iuxta eam uirtus eius nec iuxta quod poterat conata sit facere 48:31 ideo super Moab heiulabo et ad Moab uniuersam clamabo ad uiros muri fictilis lamentantes 48:32 de planctu Iazer plorabo tibi uinea Sobema propagines tuae transierunt mare usque ad mare Iazer peruenerunt super messem tuam et uindemiam tuam praedo inruit 48:33 ablata est laetitia et exultatio de Carmelo et de terra Moab et uinum de torcularibus sustuli nequaquam calcator uuae solitum celeuma cantabit 48:34 de clamore Esebon usque Eleale et Iaesa dederunt uocem suam a Segor usque ad Oronaim uitula conternante aquae quoque Namrim pessimae erunt 48:35 et auferam de Moab ait Dominus offerentem in excelsis et sacrificantem diis eius 48:36 propterea cor meum ad Moab quasi tibiae resonabit et cor meum ad uiros muri fictilis dabit sonitum tiliarum quia plus fecit quam potuit idcirco perierunt 48:37 omne enim caput caluitium et omnis barba rasa erit in cunctis manibus conligatio et super omne dorsum cilicium 48:38 super omnia tecta Moab et in plateis eius omnis planctus quia contriui Moab sicut uas inutile ait Dominus 48:39 quomodo uicta est et ululauerunt quomodo deiecit ceruicem Moab et confusus est eritque Moab in derisum et in exemplum omnibus in circuitu suo 48:40 haec dicit Dominus ecce quasi aquila euolabit et extendet alas suas ad Moab 48:41 capta est Carioth et munitiones comprehensae sunt et erit cor fortium Moab in die illa sicut cor mulieris parturientis 48:42 et cessabit Moab esse populus quoniam contra Dominum gloriatus est 48:43 pauor et fouea et laqueus super te o habitator Moab ait Dominus 48:44 qui fugit a facie pauoris cadet in foueam et qui conscenderit de fouea capietur laqueo adducam enim super Moab annum uisitationis eorum dicit Dominus 48:45 in umbra Esebon steterunt de

Prophetia Ieremiae

laqueo fugientes quia ignis egressus est de Esebon et flamma de medio Seon et deuorabit partem Moab et uerticem filiorum tumultus 48:46 uae tibi Moab peristi popule Chamos quia comprehensi sunt filii tui et filiae tuae in captiuitatem 48:47 et conuertam captiuitatem Moab in nouissimis diebus ait Dominus hucusque iudicia Moab

48:46 Woe be unto thee, O Moab! the people of Chemosh perisheth: for thy sons are taken captives, and thy daughters captives.

48:47 Yet will I bring again the captivity of Moab in the latter days, saith the LORD. Thus far is the judgment of Moab.

49:1 ad filios Ammon haec dicit Dominus numquid filii non sunt Israhel aut heres non est ei cur igitur hereditate possedit Melchom Gad et populus eius in urbibus eius habitauit 49:2 ideo ecce dies ueniunt dicit Dominus et auditum faciam super Rabbath filiorum Ammon fremitum proelii et erit in tumulum dissipata filiaeque eius igni succendentur et possidebit Israhel possessores suos dicit Dominus 49:3 uula Esebon quoniam uastata est Ahi clamate filiae Rabbath accingite uos ciliciis plangite et circuite per sepes quia Melchom in transmigratione ducetur sacerdotes eius et principes eius simul 49:4 quid gloriaris in uallibus defluxit uallis tua filia delicata quae confidebas in thesauris tuis et dicebas quis ueniet ad me 49:5 ecce ego inducam super te terrorem ait Dominus Deus exercituum ab omnibus qui sunt in circuitu tuo et dispergemini singuli a conspectu uestro nec erit qui congreget fugientem 49:6 et post haec reuerti faciam captiuos filiorum Ammon ait Dominus 49:7 ad Idumeam haec dicit Dominus exercituum numquid non est ultra sapientia in Theman periit consilium a filiis inutilis facta est sapientia eorum 49:8 fugite terga uertite descendite in uoragine habitatores Dedan quoniam perditionem Esau adduxi super eum tempus uisitationis eius 49:9 si uindemiatores uenissent super te non reliquissent racemum si fures in nocte rapuissent quod sufficeret sibi 49:10 ego uero discoperui Esau reuelauit abscondita eius et celari non poterit uastatum est semen eius et fratres eius et uicini eius et non erit 49:11 relinque pupillos tuos ego eos faciam uiuere et uiduae tuae in me sperabunt

49:1 Concerning the Ammonites, thus saith the LORD; Hath Israel no sons? hath he no heir? why then doth their king inherit Gad, and his people dwell in his cities?

49:2 Therefore, behold, the days come, saith the LORD, that I will cause an alarm of war to be heard in Rabbah of the Ammonites; and it shall be a desolate heap, and her daughters shall be burned with fire: then shall Israel be heir unto them that were his heirs, saith the LORD.

49:3 Howl, O Heshbon, for Ai is spoiled; cry, ye daughters of Rabbah, gird you with sackcloth; lament, and run to and fro by the hedges; for their king shall go into captivity, and his priests and his princes together.

49:4 Wherefore gloriest thou in the valleys, thy flowing valley, O backsliding daughter? that trusted in her treasures, saying, Who shall come unto me?

49:5 Behold, I will bring a fear upon thee, saith the Lord GOD of hosts, from all those that be about thee; and ye shall be driven out every man right forth; and none shall gather up him that wandereth.

49:6 And afterward I will bring again the captivity of the children of Ammon, saith the LORD.

49:7 Concerning Edom, thus saith the LORD of hosts; Is wisdom no more in Teman? is counsel perished from the prudent? is their wisdom vanished?

49:8 Flee ye, turn back, dwell deep, O inhabitants of Dedan; for I will bring the calamity of Esau upon him, the time that I will visit him.

49:9 If grapegatherers come to thee, would they not leave some gleanings? if thieves by night, they will destroy till they have enough.

49:10 But I have made Esau bare, I have uncovered his secret places, and he shall not be able to hide himself; his seed is spoiled, and his brethren, and his neighbours, and he is not.

49:11 Leave thy fatherless children, I will preserve them alive; and let thy widows trust in me.

Biblia Sacra Vulgata

49:12 For thus saith the LORD; Behold, they whose judgment was not to drink of the cup have assuredly drunken; and art thou he that shall altogether go unpunished? thou shalt not go unpunished, but thou shalt surely drink of it.

49:13 For I have sworn by myself, saith the LORD, that Bozrah shall become a desolation, a reproach, a waste, and a curse; and all the cities thereof shall be perpetual wastes.

49:14 I have heard a rumour from the LORD, and an ambassador is sent unto the heathen, saying, Gather ye together, and come against her, and rise up to the battle.

49:15 For, lo, I will make thee small among the heathen, and despised among men.

49:16 Thy terribleness hath deceived thee, and the pride of thine heart, O thou that dwellest in the clefts of the rock, that holdest the height of the hill: though thou shouldst make thy nest as high as the eagle, I will bring thee down from thence, saith the LORD.

49:17 Also Edom shall be a desolation: every one that goeth by it shall be astonished, and shall hiss at all the plagues thereof.

49:18 As in the overthrow of Sodom and Gomorrah and the neighbour cities thereof, saith the LORD, no man shall abide there, neither shall a son of man dwell in it.

49:19 Behold, he shall come up like a lion from the swelling of Jordan against the habitation of the strong: but I will suddenly make him run away from her: and who is a chosen man, that I may appoint over her? for who is like me? and who will appoint me the time? and who is that shepherd that will stand before me?

49:20 Therefore hear the counsel of the LORD, that he hath taken against Edom; and his purposes, that he hath purposed against the inhabitants of Teman: Surely the least of the flock shall draw them out: surely he shall make their habitations desolate with them.

49:21 The earth is moved at the noise of their fall, at the cry the noise thereof was heard in the Red sea.

49:22 Behold, he shall come up and fly as the eagle, and spread his wings over Bozrah: and at that day shall the heart of the mighty men of Edom be as the heart of a woman in her pangs.

49:23 Concerning Damascus. Hamath is confounded, and Arpad: for they have heard evil tidings: they are faint-hearted; there is sorrow on the sea; it cannot be quiet.

49:24 Damascus is waxed feeble, and turneth herself to flee, and fear hath seized on her: anguish and sorrows have taken her, as a woman in travail.

49:25 How is the city of praise not left, the city of my joy!

49:12 quia haec dicit Dominus ecce quibus non erat iudicium ut biberent calicem bibentes bibent et tu quasi innocens relinqueris non eris innocens sed bibens bibes 49:13 quia per memet ipsum iuravi dicit Dominus quod in solitudinem et in obprobrium et in desertum et in maledictionem erit Bosra et omnes ciuitates eius erunt in solitudines sempiternas 49:14 auditum audiui a Domino et legatus ad gentes missus est congregamini et uenite contra eam et consurgamus in proelium 49:15 ecce enim paruulum dedi te in gentibus contemptibilem inter homines 49:16 arrogantia tua decepit te et superbia cordis tui qui habitas in cauernis petrae et adprehendere niteris altitudinem collis cum exaltaueris quasi aquila nidum tuum inde detraham te dicit Dominus 49:17 et erit Idumea deserta omnis qui transibit per eam stupebit et sibilabit super omnes plagas eius 49:18 sicuti subuersa est Sodoma et Gomorra et uicinae eius ait Dominus non habitabit ibi uir et non incolet eam filius hominis 49:19 ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad pulchritudinem robustam quia subito currere eum faciam ad illam et quis erit electus quem praeponam ei quis enim similis mei et quis sustinebit me et quis est iste pastor qui resistat uultui meo 49:20 propterea audite consilium Domini quod iniit de Edom et cogitationes eius quas cogitauit de habitatoribus Theman si non deiecerint eos paruuli gregis nisi dissipauerint cum eis habitaculum eorum 49:21 a uoce ruinae eorum commota est terra clamor in mari Rubro auditus est uocis eius 49:22 ecce quasi aquila ascendet et euolabit et expandet alas suas super Bosram et erit cor fortium Idumeae in die illa quasi cor mulieris parturientis 49:23 ad Damascus confusa est Emath et Arfad quia auditum pessimum audierunt turbati sunt in mari sollicitudine quiescere non potuit 49:24 dissoluta est Damascus uersa in fugam tremor adprehendit eam angustia et dolores tenuerunt eam quasi parturientem 49:25 quomodo

Prophetia Ieremiae

dereliquerunt ciuitatem laudabilem urbem laetitiae 49:26
ideo cadent iuuenes eius in plateis eius et omnes uiri pro-
lii conticescent in die illa ait Dominus exercituum 49:27
et succendam ignem in muro Damasci et deuorabit moenia
Benadad 49:28 ad Cedar et ad regna Asor quae percussit
Nabuchodonosor rex Babylonis haec dicit Dominus surgite
ascendite ad Cedar et uastate filios orientis 49:29 taberna-
cula eorum et greges eorum capient pelles eorum et omnia
uasa eorum et camelos eorum tollent sibi et uocabunt su-
per eos formidinem in circuitu 49:30 fugite abite uehemen-
ter in uoraginibus sedete qui habitatis Asor ait Dominus in-
iit enim contra uos Nabuchodonosor rex Babylonis consi-
lium et cogitauit aduersum uos cogitationes 49:31 consur-
gite et ascendite ad gentem quietam et habitantem confiden-
ter ait Dominus non ostia non uectes ei soli habitant 49:32
et erunt cameli eorum in direptionem et multitudo iumen-
torum in praedam et dispergam eos in omnem uentum qui
sunt adtonsi in comam et ex omni confinio eorum adducam
interitum super eos ait Dominus 49:33 et erit Asor in habi-
taculum draconum deserta usque in aeternum non manebit
ibi uir nec incolet eam filius hominis 49:34 quod factum est
uerbum Domini ad Hieremiam prophetam aduersus Aelam
in principio regni Sedeciae regis Iuda dicens 49:35 haec di-
cit Dominus exercituum ecce ego confringam arcum Aelam
summam fortitudinem eorum 49:36 et inducam super Ae-
lam quattuor uentos a quattuor plagis caeli et uentilabo eos
in omnes uentos istos et non erit gens ad quam non perue-
niant profugi Aelam 49:37 et pauere faciam Aelam coram
inimicis suis et in conspectu quaerentium animam eorum et
adducam super eos malum iram furoris mei dicit Dominus
et emittam post eos gladium donec consumam eos 49:38 et
ponam solium meum in Aelam et perdam inde reges et prin-
cipes ait Dominus 49:39 in nouissimis autem diebus reuerti

49:26 Therefore her young men shall fall in her streets, and all the men of war shall be cut off in that day, saith the LORD of hosts.

49:27 And I will kindle a fire in the wall of Damascus, and it shall consume the palaces of Benhadad.

49:28 Concerning Kedar, and concerning the kingdoms of Hazor, which Nebuchadrezzar king of Babylon shall smite, thus saith the LORD; Arise ye, go up to Kedar, and spoil the men of the east.

49:29 Their tents and their flocks shall they take away: they shall take to themselves their curtains, and all their vessels, and their camels; and they shall cry unto them, Fear is on every side.

49:30 Flee, get you far off, dwell deep, O ye inhabitants of Hazor, saith the LORD; for Nebuchadrezzar king of Babylon hath taken counsel against you, and hath conceived a purpose against you.

49:31 Arise, get you up unto the wealthy nation, that dwelleth without care, saith the LORD, which have neither gates nor bars, which dwell alone.

49:32 And their camels shall be a booty, and the multitude of their cattle a spoil; and I will scatter into all winds them that are in the utmost corners; and I will bring their calamity from all sides thereof, saith the LORD.

49:33 And Hazor shall be a dwelling for dragons, and a desolation for ever: there shall no man abide there, nor any son of man dwell in it.

49:34 The word of the LORD that came to Jeremiah the prophet against Elam in the beginning of the reign of Zedekiah king of Judah, saying,

49:35 Thus saith the LORD of hosts; Behold, I will break the bow of Elam, the chief of their might.

49:36 And upon Elam will I bring the four winds from the four quarters of heaven, and will scatter them toward all those winds; and there shall be no nation whither the outcasts of Elam shall not come.

49:37 For I will cause Elam to be dismayed before their enemies, and before them that seek their life: and I will bring evil upon them, even my fierce anger, saith the LORD; and I will send the sword after them, till I have consumed them:

49:38 And I will set my throne in Elam, and will destroy from thence the king and the princes, saith the LORD.

49:39 But it shall come to pass in the latter days, that I will bring again the captivity of Elam, saith the LORD.

Biblia Sacra Vulgata

faciam captiuos Aelam dicit Dominus

50:1 The word that the LORD spake against Babylon and against the land of the Chaldeans by Jeremiah the prophet.

50:2 Declare ye among the nations, and publish, and set up a standard; publish, and conceal not: say, Babylon is taken, Bel is confounded, Merodach is broken in pieces; her idols are confounded, her images are broken in pieces.

50:3 For out of the north there cometh up a nation against her, which shall make her land desolate, and none shall dwell therein: they shall remove, they shall depart, both man and beast.

50:4 In those days, and in that time, saith the LORD, the children of Israel shall come, they and the children of Judah together, going and weeping: they shall go, and seek the LORD their God.

50:5 They shall ask the way to Zion with their faces thitherward, saying, Come, and let us join ourselves to the LORD in a perpetual covenant that shall not be forgotten.

50:6 My people hath been lost sheep: their shepherds have caused them to go astray, they have turned them away on the mountains: they have gone from mountain to hill, they have forgotten their restingplace.

